



- Mr. Stipedes.  
1. Halleck  
2. Martini  
3. Garhart  
4. Olser  
5. Falchner  
6. Bildungel  
7. Grottel  
8. Geßner  
9. Hebecker  
10. Lüttich  
11. Sudlinger  
12. Bechmann  
13. a. Lode  
14. Sagan  
15. Choripius  
16. Tollmann  
17. Sonstiner  
18. Clodius  
19. Plato  
20. Tyber  
21. Brügel  
22. Schubert  
23. Feuerer  
24. Gießner  
25. Körner  
26. Bock  
27. Schleeflein

7.  
42

DISPUTATIO JURIDICA,  
DE  
**PROHIBITIS**  
**TRANSACTIONIBUS,**

*Quam,*

AUXILIO DIVINI NUMINIS,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
*SERENISSIMO ATQ; EXCELSISSIMO PRINCIPE ac DOMINO,*  
**DOMINO FRIDERICO**  
**WILHELMO,**

REGNI BORUSSIAE ET ELECTORATUS  
BRANDENBURG. HÆREDE, &c. &c. &c.

*AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ CONSENSU,*  
**IN ACADEMIA AD PREGELAM REGIA,**

P R Ä S I D E

**PETRO SCHWENNER**  
U. J. L. & P. P.

*Doctorum disquisitioni exponit*

**HIERONYMUS JACOBUS Brügel**

Reg. Pruss.

IN AUDITORIO MAJORI

Horis antemeridianis

*Ad diem April. ANNO MDCCV.*

---

**REGIOMONTI, Typis REUSNERIANIS.**

INCLYTÆ  
CNIPHOVIANÆ REIPUBLICÆ,  
QUÆ EST REGIOMONTI PRUSSO-  
RUM, PROCERIBUS

V I R I S

PRÆ-NOBILISSIMIS AMPLISSIMIS CONSULTIS-  
SIMIS MULTO QUE RERUM USU ET PRUDENTIA  
CLARISSIMIS DOMINIS,

**DN. CONSULI,  
PRO-CONSULI,  
SENATORIBUS ET  
SECRETARIO,**

**DOMINIS PATRONIS ET PROMOTORIBUS  
EA QUA DECET OBSERVANTIA COLENDIS.**

Hasce pagellas sibi exhibitorum non immemor bene-  
ficiorum in debitæ observantia & gratitudinis signum ul-  
teriorumque studiorum suorum commendationem cum  
calidissima felicitatis omnigenæ appreicatione offerre

*voluit debuit*  
**HIERONYMUS JACOBUS Grubel**



Ebus summo juris favore non indignis merito transactiones annumerandæ sunt. Harum quippe beneficio controversiæ maximè arduæ, quarum exitus difficilis & ventilatio non uno terminatur anno, sed aliquot annorum lustra desiderat, sopiauntur, sumptibus, quibus in judicio opus, litigantiumque loculi soepius ita excutiuntur, ut citra controversiam vacuum in illis deprehendere liceat, & à facultatibus, quibus initio processus instructi, tractu temporis leberide nudiores deprehendantur, parcitur, plurimis molestiis, quas foro se committentes æquo animo sustinere coguntur, obex ponitur, animi litigantium, quos minus benigna processus fata exacerbatos reddunt, componuntur, dubius litis eventus cessat, cives ad amicam concordiam, quâ nihil unquam inter homines præclarious extitit & præstantius Nov. 30. c. 1. pr. rediguntur, & sine ambagibus absque strepitu per compendium transligentes id conseqvuntur, quod alias vix vel non sine summa difficultate obtinuissent. Hoc intuitu plurimæ Legum dispositiones, quibus hic favor transactionum ubique satis elucescit, deprehenduntur. Verum enim vero sit favor transactionis magnus, cum non iniquis rationibus subnitatur, tantum tamen non agnoscimus, ut etiam contrà legis prohibitionem transactiones iniri possint. Dantur quippe transactiones, quibus legis dispositio refragatur. Hæ nullum merentur favorem, sed potius ipso jure nullæ sunt arg. L. s. C. de LL. Quæ verò transactiones prohibitis sint accensendæ, præsenti Disputatione excutere propositum. Hoc ut commodè à nobis fiat, certis capitibus rem omnem expediemus. Sit itaque

A

CAP.

# CAPUT I.

*Transactionis generalia proponens.*

## §. I.

**T**ransactio ex natura & indole vocis denotat ultrà agere, quo facto aliquid ad perfectionem ducatur, & à transigendo, non verò à transmissione actionum, prout male Bartolus cum aliis statuit, descendit *Hahn. Vol. Select. Disput. 9. th. 1.* Duplicem recipit significationem, latam nempe & strictam. In lata significatione qualemcumque negotii compositionem, confectionem, terminationem, & finitionem significat, ut transigere idem sit, quod negocium expedire conficere, finire & facere ut nullum amplius sit negocium *Hunnius in Tr. de Transact. c. 1.* Hoc in sensu princeps eloquentiae Romanæ in *Orat pro S. Roscio* ait: *Quid enim recipis mandatum, si aut neglecturus aut ad tuum commodum conversurus es? Cur mihi te offers, ac meis commodis officio simulato officis & obstatas?* recede de medio, per alium transigam. Ita lis jurejurando in litem transigi dicitur in *L. 46. ff. de Rei Vindic.* jusjurandum speciem transactionis habere affirmatur in *L. 2. L. 31. ff. de Jurejurando: Conf. l. 18. ff. de dolo malo L. 35. in fine ff. de pactis.* In stricta significatione capitur pro ea compositione, quâ res dubia litigiosa partium consensu componitur *L. 1. ff. de Transact. L. 38. C. d. t. Eckholt ad ff. tit. de Transact. §. 1.* & hæc significatio hujus est loci.

## §. II.

In hoc ultimo significatu transactio variis modis in jure compellatur. Dicitur quippe decisio *L. 3. §. 1 ff. ad L. Fal-*

Falcid. decisio litis L. 7. l. 10. C. de Transact. placitum L. 5. 6.  
10. 13. 14. 27. 28. 41. C. d. t. transactionis placitum L. 7. l. 17. C.  
d. t. pactum conventum L. 2. 15. ff. de transact. & L. 9. C. d. t.  
pactum transactionis L. 31. C. d. t. compositio c. 2. X. de trans-  
act. unde & hodiè transactiones communiter amicabiles com-  
positiones dici solent. Conf. Bechmann. Disp. de amicabili compo-  
sitione. Meier. in C. J. A. tit. de transact. n. 3.

### §. III.

Communiter à Doctoribus transactio hoc modo de-  
finitur, quod sit rei dubiæ aut litigiosæ aliquo dato vel re-  
tentio vel promisso conventa decisio. Nominatur decisio,  
quia per transactionem non minus res dubiæ finem conse-  
quuntur, ac per juramentum aut judicis sententiam arg. L.  
2. ff. de jurejurando L. 1. ff. de re judic. Additur vox con-  
venta, ut innuatur, transactionem non ipsam conventionem  
propriè loquendo esse, ut est pactum L. 1. ff. de pactis sed con-  
ventione demum, sicut per aliquem actum, negotium du-  
bium aut litigiosum suam decisionem consequi. Discerni-  
tur quoque hoc ipso transactio à sententia judicis, seu re ju-  
dicatâ. Transactio quippè liti ex partium consensu, spon-  
taneaque ipsarum conventione finem imponit, cum ad tran-  
sigendum nemo cogi possit, pax svaderi, non imperari queat  
& transactio, ( liceat nobis uti verbis Practicorum ) sit bonum  
svasibile, non compulsibile ; sententia verò semper respuit ju-  
dicium, quod & in invitum redditur L. 83. §. 1. ff. de Verborum  
Obligat.

### §. IV.

Dum in definitione transactio decisio rei dubiæ aut  
litigiosæ salutatur, objectum transactionis innuitur. De re cer-  
ta quippe seu de negocio, de quo nullum dubium est, nec  
lis, nec metus litis, transactiones interpositæ nullo valore

ns.  
stat ultrà age-  
ducatur, & à  
m, prout ma-  
vol. Select. Di-  
, latam nem-  
unque nego-  
nem, & fini-  
d negocium  
amplius sit  
loc in sensu  
io ait: Quid  
uum commo-  
is commodis  
edio, per  
item tran-  
ndum spe-  
1. ff. de Ju-  
ff. de pactis.  
one, quā res  
ff. de Trans-  
1. & hac si-

is modis in  
§. 1 ff. ad L.  
Fal-



<sup>4</sup> gaudent, sicut de re judicata, cum ea finem controversiæ inter partes faciat, litemque dirimat, L. 23. §. 1. ff. de conduct. indebiti l. 32. C. de Transact. transligi nequit. Hinc l. 31. C. de transact. per rem certam non, quæ dubia non sit, sed res aliqua una intelligitur Vinn. Tr. de transact. c. 4. §. 4. Nec obstat L. 229. ff. de Verb. Signif. ubi dicitur transacta, finitaye intelligere debemus, non solū illa, de quibus controversia fuit, sed etiam quæ sine controversiâ sunt possessa; vox enim transacta pertinet ad illa, de quibus controversia fuit, verbum verò finita illa, quæ absque controversia possessa sunt, respicit, velut quæ pacto vel longi temporis præscriptione finita Hahn ad Wesenb. tit. de transact. n. 2. Non verò requiritur, ut actu sit dubia res, vel lis jam mota, sed sufficit, si in futurum lis esse possit, aut meatus litis subsit L. 1. ff. de transact. L. 2. C. d. t. Vinnius alleg. loc. §. 1.

#### §. V.

Verba dato retento promissō definitioni inserta indicant rei alicujus præstationem pro litis remissione necessariam esse, cum sine hac transactione neutiquam subsistat L. 38. C. de transact. Transactione quippe neque totum, neque nihil aufertur, sed utrinque aliquid vitandæ litis causa remittitur Hunn. de transact. c. 1. Ex hac definitione sic breviter explicatâ fluit, duo ad transactionem requiri (1) rei dubiæ aut litigiosæ conventam decisionem, sive litis remissionem (2) pro tali remissione alicujus rei actualem præstationem aut promissionem.

#### §. VI.

Transactio variè dividitur (1) in universalem, quæ omnes etiam diversi generis lites complectitur, generalem, quæ plures ejusdem tamen generis lites concernit, & specialem, quæ de re singulare vel pluribus specialiter enume-

§

controversia  
ff. de condit.  
linc l. 31. C. de  
n sit, sed res  
4. §. 4. Nec  
cta, finitaye  
us controver-  
posseſſa; vox  
roversia fuit,  
versia posſeſſa  
boris præſcri-  
2. Non ve-  
nota, sed ſuf-  
is ſubſtit L. 1.

meratis initur l. 3. & 31. C. de transact. (2) in puram, cui neq;  
dies, neque conditio, nec aliud quid adjectum l. 9. C. d. t. &  
non puram, quando dies vel conditio vel etiam poena ap-  
posita l. 15. l. 16. ff. de transact. l. 17. l. 37. l. 40. C. d. t. (3) inju-  
ratam & non juratam, jurata dicitur cui juramentum acceſ-  
ſit, non jurata dicitur, quæ citra juramentum celebratur  
l. 41. l. 42. C. d. t. (4) in scriptam, quæ mediante scripture, &  
non scriptam, quæ absque illâ ſuscipitur l. 5. l. 28. de paſtis  
(5) in judiciale, quæ in judicio, & extrajudiciale, quæ  
extra judicium fit l. 28. C. d. t. Ratione modi (6) transactio  
alia paſto, alia contraſtu expediri ſolet. Tandem (7) alia  
licita, quæ legibus permitta, alia verò prohibita eſt trans-  
actio, quam leges non admittunt. Hanc in ſequentibus ca-  
pitibus examinamus.

## CAPUT. II.

### De Transactionibus controversiarum ex ultima volun- tate descendantium, Causarum matrimonialium, item spiritualium.

#### §. I.

**G**eneralibus in præcedenti capite pro ratione nostri pro-  
positi explicatis, nunc ipsius thematis elaborationem  
aggredimur. Inter prohibitas transactiones, quibus Legum  
Romanarum auctoritas obſtat, primo loco referimus trans-  
actionem ſuper controversiis ex ultima voluntate descen-  
dantibus. De his enim non aliter jura validam transactio-  
nem admittunt, quam ſi verba testamenti inspecta & co-  
gnita fuerint. His quippe non inspectis cognitisque trans-  
gen-

gendi potestatem denegat JCtus Catus in *L. 6. ff. de Transact.*  
*L. 1. §. 1. ff. testam. quemad. aper.* Hujus dispositionis tres à  
 Doctoribus allegantur rationes (1) ne bona testatoris inten-  
 tio, qua legatò aliquem honorare voluit, eludatur (2) quò  
 omnis fraudis occasio evitetur (3) quia improba & captiosa  
 hæc transactio est, cum homines modico accepto inexpe-  
 ctato obvenientia facile repudiare soleant *Brunnen ad L. 6. ff.*  
*de transact. n. 1.*

## §. II.

Hunc genuinum allegatarum legum sensum esse plero-  
 rumque Doctorum calculo comprobatum est. Congruit hæc  
 sententia naturæ ultimarum voluntatum generatim, quarum  
 causam pleræque gentes moratores, quibus debitam defun-  
 ctis, illorumque ultimis elogiis, pietatem religiosè exhibe-  
 re placuit, summo favore dignam judicarunt. Neque hanc  
 dispositionem specialem esse innuunt verba Caji, quibus in  
 alleg. *L. 6. ff. de transact.* utitur. Non etenim asserit; hoc  
 contrà rationem juris esse receptum aut propter necessitatem,  
 vel utilitatis causa constitutum esse, vel aliis similibus formu-  
 lis, quibus hanc vel illam dispositionem juris singularis esse  
 declarari solet, utitur. conf. *L. 14. ff. de Legibus L. 141. L. 162. ff.*  
*de Reg. Jur. L. 1. §. 14. L. 44. §. 1. ff. de acquir. vel amittenda possess.*  
*L. 23. §. 3. ff. de fidei commiss. Libert. L. 44. §. 3. ff. de usucap.* sed  
 notanter inquit non potest. Hanc vero formulam jura tunc  
 usurpare solent, quando ea, quæ ex naturâ rei ita sunt com-  
 parata, proponunt. Sic servus Reipubl. causa abesse non  
 potest. *L. fin. ff. de Reg. Jur.* cum natura servitutis in privatio-  
 ne libertatis Quiritum consistat & mortalitati ferè compare-  
 tur. *L. 209. ff. de Reg. Jur.* Fœminæ judices esse non possunt,  
 nec postulare *L. 2. ff. d. t.* cùm natura sexus sui ab his mune-  
 ribus repellantur. Id quod nostrum est, sine facto nostro ad

alium

7  
aliuna transferri non potest L. 11. ff. d. t. h. e. nulla quacunque tandem ratione Schilt. adff. Exerc. 9. §. 9.

§. III.

Accedit, quod dispositio memorata Juris nostri Civilis ex ipsa transactionum indole profluxerit; essentia quippe harum in eo consistit, ut res, de qua iniuntur, sit dubia & controversa. Antequam autem inspectio & apertura tabularum facta est, neutiquam res dubia aut certa haberi debet, sed neutrō jure censenda. Effectum priorem esse suā causā nec regulis Philosophorum, nec sanx rationi convenit. Certitudo atq; incertitudo sunt effectus, qui ex inspectione verborum, prout illa vel clara & perspicua vel obscura & ambigua deprehenduntur, dependent. Per rerum naturam itaque inspectione testamenti priores hi effectus existere nequeunt. Præterea dubium non id vocandum, quod in totum ignoratur, sed cuius veritatem & certitudinem legitimè exquisitam ob rationes sibi invicem contrarias exquirere non possumus. Quemadmodum enim rem certam appellamus, cuius veritatem ita cognitam habemus, ut contrariæ rationis falsitatem animadvertisimus, ita rei dubiæ nomine venit ea, cujus veritatem ratione legitima quidem indagamus, sed contraria ratio facit, ut utrum verum sit nondum constet, sed judicium in suspense maneat Schilt. alleg. Loc. §. 10. Non alio sensu leges allegatas accipiendas esse testantur Græci in Basilicis, utpotè qui verba & sensum operis Justiniani ξποδα, ut in proverbio dicimus, sequuntur, prout indicant verba à Vinnio in Tract. de Transact. cap. 3. n. 3. in fine recensita.

§. IV.

Evidem ab hac opinione divortium faciunt Aemylius Ferretus, Jacobus Cujacius, Aegydius Hortensius existimantes, non esse hunc verum allegatae L. 6. ff. de Transact. sensum, qua-

quasi de controversiis ex testamento descendantibus non aliter, quām præviā inspectione & cognitione tabularum transigere liceat. Erroris ideo arguere Tribonianum non erubescunt, emblema Triboniani, vel ejus manum hic agnoscunt, nec aliam JCti Caji mentem & sententiam fuisse ostendunt, quām hanc, quod veritatem controversiarum ex testamento proficiscentium non aliter liceat indagare, quām si tabularum testamenti inspectio præcesserit. Cajum proinde tantum de transactione judiciali locutum esse, adeoque malè hoc à Triboniano ad transactionem extrajudicialem applicari, judicialeque transactionem cum extrajudicali miserè confundi autmant. Verum hæc sententia non immerito rejicienda. Contrariatur quippè rationibus in præcedentibus §. allegatis. Contradicit apertis Legis verbis, quæ perspicuè generali voce *transigere*, nullà distinctione inter transactionem judicialem & extrajudicialem factâ, utitur. Frustrè autem Triboniano imputantur, quæ Imperator sua auctoritate comprobavit.

### §. V.

Malè sentiunt, qui *Legem 6. ff. de Transact.* tanquam fugitivam è titulo de transactionibus eliminandam esse propugnant. Meritò hi Pagenstechero *in sicilim. ad Compend. Jur. Lauterb. Manip. 4. ad pag. 54.* in O videntur nimis esse suæ opinionis tenaces, Imperatoris que placito, qui omnia in pandectis sua fecit, temere obloqui. In eum sensum Feltm. apud Pagenstech. all. Loc. ait *neque opinor pro fugitivo habendum est, cui Dominus certam sedem assignavit.* Illorum quoq; opinio rejicienda, qui cum Anton. Fabro, quem etiam secundum esse putat Pagenstecher l.c., Legem sæpius memoratam *6. ff. de Transact.* non ad formam & solennitatem juris cum Bartolo, sed ad factum voluntatemque transigen-

di

9

di referendam esse statuunt ; adeò ut ipsius sensus hic evadat, quod transactiones non visis testamenti verbis non possint commode & cum emolumento fieri ; cœterum, si quis tam imprudentem & incautum se exhibeat, ut etiam citra inspectionem verborum testamenti de jure testamenti transfigat, nullam adesse causam, quare non transactio æqvè valida esset pronuncianda, ac si omnia verba essent prælecta, docent. Rechè hos sequentibus verbis refutat *Strauchi* à Schiltero in Exerc. ad ff. 9. § 7. allegatus : *Quamvis* hac ita probabiliter (de utilitate) explicari possint, tamen & sic durum est, verba textus, non potest transfigi, sic accipere, quasi dicatur, non commode potest transfigi, & insoluta hec subauditio. Ex hoc capite corruit quoque assertio Pagenstecheri qua alleg. L. nostram 6. ff. de transact. svasoriam & permittentem, non etiam præcipientem nominat.

### §. VI.

Manet ex deductis firmum, Lege transactionem super controversiis ex testamento descendantibus non aliter admitti, quam si inspectio tabularum testamenti præcesserit. Hinc in ipso instrumento transactionis vissi testamenti mentio fieri debet daß nachdem er das Testament gesehen und gelsen/ auch was ihm darinnen vermachet/ gnugfahm überleget/ sie sich folgender Gestalt verglichen Stryk de Caut. Con. Sect. 3. cap. 7. §. 5. Alia est ratio controversiarum ex instrumentis inter vivos factis ortarum, de iis enim indistincte transigere licet, etiamsi non fuerint inspecta; cum legis nostræ prohibitio saltem testamenta, quibus Jura Romana insignem favorem exhibent, ne occultentur aut suppressantur, concernat.

### §. VII.

Disquirendum hic : num legis nostræ dispositio etiam testamentum nuncupativum afficiat ? Ad resolutionem hu-

B

jus

ius quæstionis respondendum distingvendo, num testamentum nuncupativum postea melioris probationis gratia in scripturam fuerit redactum, an non; priori casu pariter inspectio prævia desideratur, ac in iis testamentis, quæ primum scribuntur. Posteriori casu transactio tum demum admittitur, quando testes examinati & ex horum depositione constat, quid testatori relinquere placuerit *Bachov.* ad *Treutl.* Vol. I. Disp. 7. th. 4. Lit. g. & e. *Vinn.* de *Transact.* c. 5. n. 6. *Struv.* S. J. C. Exerc. 6. th. 57.

### §. VIII.

Haec tenus dictum, inspectionem necessariam esse, si ratione controversiarum ex testamento descendentium transactio sit ineunda; ad eam tamen non præcisè oculi corporis requiruntur, sed oculi intellectus sufficiunt. JCtus quippe in sèpè alleg. l. 6. ff. de *transact.* hæc vocabula *inspectis cognitisque verbis testamenti conjungit*, ut indè non in sola inspectione, sed cognitione contentorum testamenti ratio decidendi consistat *Brunnenmunn.* ad. l. 6. ff. de *transact.* n. 5. Nec impedit, quod si satis foret, cognoscere tenorem testamenti, vox cognitis sufficeret, nec JCtus necesse habuisset, vocem *inspectis* adjungere; vocem enim *inspectis* præmissam, vox *cognitis* excipit, ut scientiam eorum, quæ in testamento continentur, non *inspectis* verbis testamenti sufficere indicetur; prout id hunc in modum explicat *Mantica de tacitis & ambig. convent.* l. 26. t. 2. n. 3. Hinc consultum, ut in transactione contenta testamenti exprimantur, quò inde transigenti ea haud ignota fuisse constare possit. Eum in finem hanc formulam commendat *Stryk.* de *Caut. Contr. Sect. 3. cap. 7. §. 6.* Nachdem mir glaubhaft von denjenigen Personen/ so das Testament selbst gelesen/ berichtet / daß der Testator mir darinnen sein Wohn- Haus

Haus vermachet / mir aber dasselbe anzunehmen  
wegen unterschiedenen Ursachen bedenklich fället/  
so habe ich mich mit *Mervio dñin* verglichen. Und  
dēc nec cœco transigendi facultas adimenda, cum licet ver-  
ba testamenti oculis corporis inspicere nequeat, sensum ta-  
men eorum intelligere possit *Mantica all. Loc. n. 5. Stryk de*  
*jure sensuum Dissert. 2. cap. 3. n. 12.*

## §. IX.

Inspectionis necessitas nec renunciatione tollitur. Non enim partibus renunciatio indulgetur. Accursius equidem huic inspectioni partes renunciare posse docuit, sed hujus sententiam Jason Castrensis & Bartolus improbant. Pro forma quippe transactionis introducunt, ut transigi debeat inspectis cognitisque verbis testamenti; formæ vero renunciari nequit. Lex hæc est prohibitiva, cum vetet transactionem aliter fieri, quam inspectis & cognitis verbis testamenti; Legis autem prohibitivæ renunciatio non admittitur. Porrò jura hanc constitutionem non tam propter commodum privatorum, quibus in testamento relictum est, quam in odium tabulas testamentorum supprimendum introduxerunt. Denique *L. 6. ff. de transact. ob favorem publicum*, ut defunctorum voluntates suum consequantur exitum, sancita. Jus vero publicum uti privatorum pactis lædi nequit *L. 38. ff. de paetis*, ita nec illius renunciatio procedit. *Mantica de tacit. & ambig. conv. L. 25. t. 2. n. 20. & seq. Brunnem. ad L. 6. ff. de transact. n. 3.*

## §. X.

Quid vero dicendum, si renunciationi juramentum sit adjectum? Plurimi Doctores, quos longa serie recenset *Mantica all. Loc. n. 26.* nec juratam renunciationem valere propugnant ex his rationibus (1) quia contractus qui odio

B 2

al-

alterius nullus, juramento confirmari nequit c. significante X. de pign. & i. l. c. debitores X. de jurejur. (2) quia contractus ob favorem publicum nullus, juramento confirmari non potest c. si diligenti X. de foro competenti l. 2 C. de agricolis & censit. l. XI. (3) quia juramentum non supplet defectum solennitatis formalis (4) quia legi prohibitiæ nec cum juramento renunciari potest. *Mantica* all. l. n. 27. & seqq. Alii vero ab his secedunt, juratamque renunciationem admittunt; Optimè autem sentiunt, qui distinctione inter jus Civile & jus Canonicum facta quæstionem hanc componunt. De jure enim Civili jurata transactio non admittitur, & quoad illud procedunt rationes allegatae. Verum Jure Canonico omnino renunciatio jurata valet, cum juramentum hoc citra dispensarium æternæ salutis & præjudicium alterius servari possit c. cum contingat X. de jurejur. c. quamvis de pactis oto *Mantica* all. Loc. n. 31. *Vinn.* de transact. c. 5 n. 8. Non tamen generalis renunciatio jurata est sufficiens, quâ quis omni Legum auxilio renunciat, vel mentionem alicujus testamenti in genere facit *Vinn.* all. l. n. 9. sed specifica inspectionis ejus testamenti, ex quo controversia dependebat, renunciatio defederatur *Brunnem.* ad l. 6 ff. de transact. n. 3. *Joh. a Sande De cis. Fris.* l. 4. art. 5. Def. 15.

### §. XI.

Nunc videndum, num transactio ratione causæ matrimonialis inita prohibitis sit accensenda? R. non simpli citer omnem transactionem in causa matrimonii ad illicitas pertinere, sed distingvendum esse, num ad matrimonii conservationem, an vero ad ejusdem dissolutionem transactio inter partes inita tendat. Priori casu ob summum matrimonii favorem transactio vetita non est. Sic si per trans-

transactionem placuerit, ut sponsa maneat sponsa, uxor maneat uxor, transactio valet. Nam et si antea sponsa non fuerit, ait Vinnius de transact. c. 4. n. 12., tamen ex novo isto consensu & transactionis placito sponsa esse incipit, & ita sapissime matrimonia conciliari solent, patre pueræ majorem forte summam dotis nomine promittente. Posteriori casu si v. g. pater pueræ certam pecuniam summam promittit, ut juvenis ab actione intuitu matrimonii contra filiam instituta defistat, vel contra, transactio in censem prohibitarum referenda, Nov. 127. c. 4. c. ult. X. de transact. vid. Matth. 19. v. 6. Conf. Ex-cell. Dn D. Grub Consiliarius Iudicij Aulici longè meritissimus, Patronus noſter omnem etatem devenerandus, in elegantissimo Tractatu de processu fori Prutenie c. 14. Memb. 2. §. 9. n. 31. & seqq.

### §. XII.

Ad prohibitas quoque transactiones pertinet illa, quæ de controversiis ex rebus sacris aut spiritualibus exortis, ut pote hominum commercio exemptis, suscepta c. 5. X. de rer. permitt. sic non licet transigere de spirituali subjectione c. 10. X. de transact. aut Ecclesiastico beneficio c. 4. v. 7. X. d. t. neque de jure præsentandi aut ejusmodi annexis spiritualibus c. 9. X. de transact. Quare dans vel promittens temporale quippiam pro spirituali simoniam committit can. quistudet 1. qu. 1. c. solvatur. 1. qu. 3. cap. ex diligentius 17. cap. consulere 38. X. de simonia.

## CAPUT. III.

### De Transactionibus alimentorum, ultima voluntate relictorum.

#### §. I.

In classem prohibitarum transactionum quoque refe-

B 3

ren-

renda est illa, quæ super alimentis, ex ultima voluntate debitis, inita. Prohibitionis hujus autor est Divus Marcus, qui Oratione sua constituit, simplicem transactionem super alimentis ex ultima voluntate relictis invalidam esse, nec nisi prævia cause cognitione prætoris decreto approbatam subsistere L. 8. ff. & L. 8. C de transact. Evidem Ulpianus in L. 23. §. 3. ff. de condic. indeb. hanc prohibitionem transactionis super alimentis Senatus consulto adscribit, verum inter haec nulla est pugna, cum idem bene orationi principis ac Scto tribui possit. Principes quippè suas orationes in senatu habere, vel etiam scriptas ad Senatum mittere soliti, juxta quarum tenorem Senatus consulta à Senatu concipiebantur L. 16. ff. de ritu nupt. Testis est Tacitus l. 11. Annal. scribens: *Orationem Principis secuto patrum consulto primi Hedui Senatorum in urbe jus adepti sunt.* Quare cum juxta intentionem orationis à Divo Marco habitæ Senatusconsultum posteà conditum esset, rectè Jurisconsultus hanc prohibitionem quoque Senatusconsulto adscribere potuit. Eodem modo oratio Divi Hadriani de petitione hereditatis L. 22. ff. de hered. petit, Senatusconsulti nomine passim insignitur L. item veniunt §. 6. ff. d. t. Sic dispositio, quâ oratione Imperatoris Severi tutoribus & curatoribus prædiorum rusticorum vel suburbanorum distractio denegatur L. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. Senatusconsulto tribuitur Vinn. de Transact. c. 6. n. 1.

## §. II.

Nec desunt rationes, quibus haec prohibitio transactionis nititur. Alii hujus constitutionis rationem in utilitate publica querunt. Huic enim consuli dicunt, si omnibus modis præcaveatur, ne Respubl. mendicis & egenis repleatur. Hujus interest, ne quis re sua malè utatur §. fin. J. de his

*bis qui sibi vel alien. jur. Carpzov. Decis. 157. n. 14.* Quamvis  
vero negari nequeat hac dispositione publicam promoveri  
utilitatem, propiores tamen ejus rationes dari possunt.  
Singularis ultimarum voluntatum favor est, cuius intuitu  
quam plurima Legibus constituta, quibus ultimæ voluntates  
conservarentur, & à testatore intentum fortirentur exi-  
tum. Ex hoc oratio Divi Marci derivanda. Solent quip-  
pè testatores amicis suis & cognatis imprimis pauperibus  
alimenta relinquere, quibus vitam suam sustentare seque  
exhibere possint. Ne itaque contra piam testatorum inten-  
tionem alimentarii transactionem ineuntes modicam pecu-  
niā præsentem potius acceptent, quam maiorem futuram  
expectent, cum plerumque modica præsentia lucra futuris  
majoribus commodis gratiora existere soleant juxta illud  
Poetæ.

*omne futurum*

*despicitur, fraudentque sui præsentia fructum,*  
transactionibus obicem ponere voluerunt jura. Ipsorum  
quoq; alimentariorū interest, ne alimenta transactione interci-  
piantur & repræsentata pecunia consumatur. Ideò quippe te-  
stator potius alimenta particulatim legatario relinque e quā  
summam integrum præstare voluit, ne ea consumptā men-  
dicare vel etiam fame perire cogatur. Menoch. de Arbit. Jud.  
*Quast. Cas. 170 n. 3.* Tales quippe homines, ut cum Gilkenio  
loquitur Richt. adl. 8. C. de Transact. n. ii. non adsveti fortuna  
benigniori & in longitudinem non consulentes, ea que præter  
spem delata sunt, facile profundere solent. Concurrit insuper  
favor alimentorum, ex quo plurimæ singulares dispositio-  
nes in Legibus enatæ, quas collectas videre licet apud Sur-  
dum in eleganti tractatu de alimentis Conf. Hahn. ad Wesenb.  
ad tit. ff. de transact. n. 5. verb. res dubiae Franzk. ad ff. de  
trans-

na voluntate-  
t Divus Marcus,  
factionem super  
alidam esse, nec  
eto approbatam  
uidem Ulpianus  
bitionem trans-  
scribit, verum  
orationi principi-  
uas orationes in  
mittere soliti,  
natu concep-  
l. 11. Annal. scri-  
to primi Hedi  
n juxta inten-  
susconsultum  
anc prohibi-  
tuit. Eodem  
editatis L. 22.  
in insignitur  
tatione Impe-  
rum rustico-  
1. ff. de reb. cor.  
Transact. c. 6.

io transactio-  
n in utilitate  
t, si omnibus  
genis replea-  
ur §. fin. J. de  
his

16.

transact. n. 19. Vinn. de transact. c. 6. n. 3. Brunnem. ad l. 8. ff. de  
transact. & l. 8. C. d. t.

### §. III.

Afficit hæc prohibitio alimenta, quorum nomine non tantum cibaria, sed etiam vestitus & habitatatio comprehenduntur, cum sine his corpus ali nequeat l. 6. l. seqq. l. fin. ff. de alim. legat. Censetur verò etiam alimentorum nomine relictum, si testator alicui integrum quantitatem legaverit, ut ex ejus usuris alimenta consequatur, ipsam verò sortem post mortem restituat l. s. §. 4. ff. de transact. Ea autem quæ in singulos annos alicui relista, non statim contemplatione alimentorum concessa dici possunt; veluti si homini honestoris loci certam quantitatem in singulos annos v. g. salarium annum vel usumfructum testator reliquerit, cum hoc honoris potius, quam alimentorum gratia relictum præsumi debeat, nisi forte ex circumstantiis colligi possit, testatorem de alimentis sensisse Vinn. de transact. c. 6. n. 9.

### §. IV.

Futurorum ex ultima voluntate descendantium alimentorum transactionem Leges vetant, non etiam præteritorum. Ex futuris alimentis pendet vita hominis, non ex præteritis, & ideo futura præteritis favorabiliora sunt, inquit cum *Saliceto Surdus in Tract. de alimentis tit. 8. privileg. 56. n. 94.* In præteritis alimentis cessat ratio prohibitæ transactionis, ne alimentis defraudetur, & is, cui alimenta sunt relista, periculo famis exponatur. *Mantica de tacit. & ambig. convent. L. 26. tit. 3. n. 9.* Præterita alimenta nec propriæ alimentorum nomen merentur, cum non amplius sint alimenta, ubi vita jam alio modo est sustentata in præteritum, sed in purum & simplex debitum degenerent ut cum *Wesenb. statuit Franzk. ad ff. tit. de transact. n. 20. conf.*

Vinn.

*de transact. c. 6. n. 1. Brunnem. ad L. s. C. de transact.*  
*n. 5.*

### §. V.

Dum in genere diximus, transactionem de alimentis ultima voluntate relictis prohiberi, appareat hanc dispositio-  
nem non tantum in alimentis in testamento, sed & in co-  
dicillis relictis obtinere. Quin & in iis quæ mortis causa  
donata aut conditionis implendæ gratia relicta v. g. si testa-  
tor dixerit: instituo Cajum heredem, si Titio alimentera  
præstet, lex prohibitiva se exserit *Brunnem. ad L. s. ff. de trans-*  
*act. n. 3.* Ad hanc illicitam transactionem minimè refe-  
rendum, si Sempronius cum eo intuitu, ut Sejo alimenta  
præstaret, prædium à testatore ipsi relictum esset, ratione il-  
lius prædii transactionem iniret, cum ea transactione alimen-  
tario nihil præjudicetur, nec ejus jus diminuatur *L. s. s. ff.*  
*de transact. Brunnem. add. L. n. 7. Mantica all. Loc. n. 16. Vinn.*  
*all. Loc. n. 16.*

### §. VI.

Non eadem est ratio alimentorum ex contractu debi-  
torum, cum de his transigendi facultas cuilibet salva relin-  
quatur. Nec mirum, cum manifestæ rationes diversitatis  
adsint. *Menoch. de arbitr. judic. Quest. cas. 170. n. 3.* hanc ratio-  
nem suppeditat, quia obligatio, quæ ex consensu contrahe-  
nitum orta est, bene eorum consensu dissolvi potest. Ean-  
dem rationem sequitur *Diodorus Tuldenus in Jurisprudentia*  
*extemporalis L. 2. c. 16. p. m. 282. in fine Mantica de tacit. & am-*  
*big. convent. L. 26. t. 3 n. 8.* has rationes allegat (1) quia in  
alimentis ex contractu debitis cessat favor ultimæ volunta-  
tis, quem in jure magnum esse in præcedentibus diximus,  
adeoque facilius jura transactionem concedere potuerunt (2)  
alimenta annua, quæ creditor sibi stipulatus est, propriâ in-

C du-

dustria comparavit; Quare uti diligentem se circa acquisitionem exhibuit, ita quoque eandem diligentiam circa conservationem alimentorū ipsum adhibitum esse jura præsumunt. Secus comparatum est cum alimentis ultima voluntate relictis. Experientia enim teste propriis laboribus acquisita majori diligentia conservantur, quam quæ nobis relinquntur, & nulli fere sunt qui patrimonium labore partum dissipant, multi vero disperdunt à parentibus reliqua surdus de alimentis t. 8. privil. 56. n. 84. Conf. Vinn. de transact. c. 6. n. 13. Franzk. adff. de transact. n. 20. Brunnem. ad L. 8. C. de transact. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 4. Lit. f. Non tamen valere transactionem de alimentis debitibus ex contractu, si ille ordinatus sit à testatore, veluti si hæres ex testatoris præcepto vendat alimenta docet Surdus all. l. n. 87. & seqq. cum perinde habeatur, acsi ipse testator alimenta reliquistet, quia originalis causa attendenda, actusque semper non exequenti, sed ordinanti tribuitur, & à primordio tituli posterior formatur eventus.

### §. VII.

Prohibitio transactionis super alimentis ex ultima voluntate debitibus etiam tunc se exerit, quando alimenta diviti reliqua sunt. Lex quippe nullam distinctionem inter pauperem & divitem alimentarium facit. Non ergo contra legem distinctione formari poterit, cum lege non distingvente nec nobis distingvere liceat. Præterea alimentorum causa, licet eam tunc solum piam esse, quando pauperi alimenta debentur, defendat Surdus de alimentis t. 8. priv. 56. n. 5. semper tamen & omni casu pro favorabili habenda juxta ea quæ deduxit Surdus all. Tr. tit. 8. priv. 1., ut ita favorem hunc magis ampliare, quam restringere conveniat. Nec impedit, quod ratio constitutionis prohibitivæ ad divitem ali-

men-

mentarium non possit applicari, cum periculo famis non sit obnoxius. Ad id reponimus, divites in eo statu haud esse constitutos, ut perpetuam possessionem felicitatis illius, in qua benignioris fortunæ favor ipsos collocavit, sibi certò polliceri valeant, cum multis adversæ fortunæ ludibriis expositi facile dixitias cum paupertate commutare, facultatibus suis exui, & in infelicissimam miseræ sortis conditio nem detrudi possint. Hunc itaque casum testator respexisse, & benigne providere voluisse censetur, ne diviti postea ad egestatem redacto alimenta, quibus vitam suam sustentare posset, deessent *Vinn. de transact. c. 6. n. 3.*

### §. VIII.

Non modo de universis alimentis, verum etiam de parte ipsorum transigere prohibitum per *L. 8. ff. de transact. §. 16. ibi vel de universis alimentis, vel de parte eorum.* Nec im merito, cum regulariter eadem juris dispositio in parte, quæ in toto, obtinere soleat, præprimis hoc in casu, quo plus quam manifestum est, rationem prohibitionis quoad totum à lege constitutam, æque in parte locum habere. Quis enim inficias iret, piæ & laudabili testatoris intentioni, qua alimentario plenissimè consultum voluit, contraveniri, si modico præsenti accepto etiam de parte alimentorum transigat, cum citra hanc transactionem plus consecuturus fuisset? Alimentorum relictorum diminutionem *Leges prohibent arg. L. 8. §. 5. ff. de transact.* Cum vero per transactionem de parte alimentorum pariter alimenta reliqua deminuantur, eidem quoque juris prohibitio obstat *Man tica de taoit. & ambig. convent. L. 26. t. 3. n. 6.*

### §. IX.

Nihil interest, num de alimentis principaliter, an tantum accessoriè transactio ineatur. Jura quippe accesso-

riam transactionem de alimentis factam non minus improbant, ac principalem; æque enim damno exponi potest alimentarius, si accessoriè, quam si principaliter de alimentis transfigat. Damnum verò ab alimentario solicita juris providentia avertere voluit. Si de alimentis accessoriè transfigere concessum foret, fraus legi fieri posset, & alimentarius per indirectum alimenta perderet ac fame periret, cum tamen quod directè vetitum, minimè per indirectum indulgeri debeat. Actu prohibito omnia, per quæ ad illum actum pervenire possumus, prohibita censentur. Sic alienare prohibitum jura minimè patiuntur, ejusmodi actum suscipere, ex quo alienatio subsequi posset. Unde prohibità alienatione etiam oppignoratio censetur esse prohibita, cum per oppignorationem ad alienationem perveniat, & quicquid prohibitum in termino, prohibitum quoq; in via. Præterea causa alimentorum dicitur, quicquid tangit alimenta, ac propterea alimentorum privilegio, ejusque jure gaudet *Surd. de aliment. t. 8. priv. 56. n. 16.*

#### §. X.

Trensactionis super alimentis ex ultima voluntate competentibus prohibitio inter plures legatarios alimentorum pariter obtinet. Et his jura transfigendi facultatem adimunt *L. 8. §. 15 ff. de transact.* Ratio enim transactionem impediens, ne alimenta alimentariis intercipiantur, & sic fame perire cogantur, æque militat in ea transactione, quam alimentarii inter se erigunt ac in illa, quæ cum extraneo suscepta est *Surd. de aliment. t. 8. priv. 56. n. 12.*

#### §. XI.

*Quid verò, si super alimentis, ex ultima voluntate debitiss, controversia oriatur, annon circa eam transfigendi potestas alimentario indulgenda?* Evidem primo intuitu videtur dicendum esse, super lite, ratione alimentorum exorta

orta, transigendi potestatem alimentario non esse denegandam, cum litis eventus sit dubius, præstetque per transactionem aliquid accipere, quam postea per sententiam judicis toto excidere. Præterea talem transactionem suscipiens non de alimentis, sed de lite seu ipsa controversia transigere censendus, transactione vero quavis lite favorabilior. His tamen non obstantibus contrarium apertis verbis in l. 8. §. 20. de transact. deciditur, ubi sancitur, super lite seu controversia ratione alimentorum mota non posse transfigi. Rationem lex alleg. hanc subjungit, quia facilè lis fingi, temerariumque litigium institui posset, quo fraus legi, transactionem prohibenti, fieret. Ab eo verò quod in fraudem legis vergere posset omni modo abstinendum *Mantica de tac. & ambig. convent.* l. 26. t. 3. n. 4. *Vinn. de transact.* n. 31. *Brunn. ad l. 8. ff. de transact.* n. 20.

### §. XII.

Dum Leges prohibitionem transactionis super alimentis ex ultima voluntate debitis urgent, simul omne id, ex quo alimentariorum conditio deterior fieri posset, vetant. Ex hoc fundamento deducitur (1) fundo pro alimentis legatis obligato, non posse jus pignoris remitti *L. 8. §. 15. ff. de transact. Brunnem. ad d. L. n. 8. Vinn. de transact. cap. 6. n. 12.* (2) permutationem, si ea alimentario damnosa existere posset, non esse concedendam *Brunnem. ad all. l. n. 6. Surd. de aliment. t. 8. priv. 56. n. 95.* (3) in causa alimentorum facultatem compromittendi in arbitrum ademptam esse. Equidem nonnulli, quos recenset *Surd. alleg. loc. n. 29.* opinantur, valere compromissum in arbitrum, cum arbitria ad instar judiciorum sint redacta *L. 1. ff. de recept. qui arbitr. recep.*, pariaque sint, num causa alimentorum coram judice, an verò coram arbitro expediatur. Sed ab horum sententia memo-

C 3

ra-

ratus autor recedit, cum transactionem prohibens multò magis compromissum prohibeat L. 32. §. 7. ff. de recept. qui arbitr. recep., & alienare prohibitus compromittere vetetur, ac qui sine decreto alienare nequit, si compromittat, dicatur læsus L. 34. §. 1. ff. de Minor.

### §. XIII.

Dicitis casibus transactio sine prætoris autoritate suscep-ta nulla est, adeò ut nec lapsu longi temporis convalide-tur, cum quod ab initio vitiosum, nec tractu temporis con-valescere possit L. 29. ff. de Reg. Jur. Surd. de aliment. t. 8. priv. 56. n. 110. Cum exigimus Prætoris auctoritatem in transactione super alimentis ex ultima voluntate debitisi, non solam ejus approbationem sufficientem declaramus, sed præviam causæ cognitionem exigimus, hac enim omis-sa autoritas prætoris & ab eo facta confirmatio nulla est L. 8. §. 17. ff. de transact. Mantica detacit. & ambig. convent. l. 26. t. 3. n. 7. Vinn de transact. c. 6. n. 4. Causæ verò cognitio jux-ta alleg. Leg. in tribus consistit. Debet enim examinare (1) causam transigendi (2) modum (3) transigentium perso-nas. Ad justas causas transigendi pertinent illæ, quarum Lex alleg. mentionem injicit. Pro prima causa sufficienti habetur, quando alibi domicilium heres, alibi alimenta-rius habet, aut alteruter eorum domicilium transferre in-tendit. Secunda causa est, quando causa aliqua præsentis pecuniæ urget, veluti si filia jam dum nubilis sit & in mar-trimonium collocanda, aut filius in captivitatem detrusus liberandus. Tertia causa est, quando à pluribus alimenta sunt relicta, & difficulter omnes conveniri possunt. Præ-ter has causas in alleg. Lege expressas etiam aliæ admitten-dæ, cum allegatae causæ saltē exempli loco in Lege affe-ran-

rantur, nec exempla restringere soleant Menoch. de Arbitr.  
Jud. Quest. Caf. 170. n. 6.

#### §. XIV.

Modum quoque transigendi Prætor observare tenetur, cum quantitatem pecuniaæ estimare debeat, quantum pro alimentis sit præstandum. Circa personam alimentarii duo Prætori juxta monitum Ulpiani attendenda veniunt. Primum ætatis qualitas, secundum personæ industria. Non eodem modo pro puero vel juvene ac pro senibus transigimus, cum illis juxta mortalitatis ordinem longius, his vero brevius vitæ spatiū competat, adeoque illi pluribus, quam hi ad alimenta opus habeant. Et si enim vitæ nostræ longitudo in Divino decreto consistat, vitaque nostra pomis similis sit, quorum alia in flore, alia vixdum nata, alia etiamnum cruda, alia matura decidunt, in transactione tamen super alimentis annorum numerum, quibus secundum communem naturæ ordinem quis victurus speratur, considerare solemus Brunnem. ad L. 8 ff. de transact. n. 14. Aliter pro viro industrio, aliter pro ignavo & segni transactio ineunda. Nec negligendum circa personam alimentarii, num totus ab alimentis sibi reliquis vitam sustentare teneatur, an vero etiam aliunde se exhibere possit. Consideranda persona testatoris alimenta reliquientis, cuius conditionis ac propositi fuerit, cum alimenta relinqueret. Denique non inconsultum perpendere personam ejus, à qua futurum alimenta reliqua, num talis sit persona, à qua in futurum alimenta sperare licet, an vero fraudulentus homo alios defraudare consuetus Brunnem. all. l. n. 15.

#### §. XV.

Dantur tamen casus, quibus transactiones super alimentis,

tis, ex ultima voluntate debitiss, initæ citra prætoris autoritatem valent (1) quando testator licentiam transigendi sine decreto dedit. Potest enim hic decreti interpositionem remittere L. si quando C. quando decreto non est opus. Est in testatoris potestate & voluntate situm, num velit alimenta relinquere, an verò non. Nulla itaque ratio obstat, quò minus relinquendo ordinare possit, quod super illis transigi queat. Nec enim ei, cui, quod plus est, competit, minus denegari potest L. 21. ff. de Reg. Jur. Quisque enim rei suæ conditionem, quam vult, adjicere potest Menoch. de Arbitr. Jud. Quest. cas 170. n. 32. Mantic. de tñct & ambig. convent. l. 26. t. 3. n. 18. Surd. de aliment. t. 8. privil. 56. n. 90. & seq. (2) in annuis pensionibus, quæ viduæ debentur, licitam esse transactionem sine ulla Prætoris autoritate Responso comprobat Richt. ad l. 8. C. de transact. n. 22. (3) ubi minima sunt alimenta, quæ relicta, absque Prætore transactio validè initur L. 8. §. fin. ff. de transact. Tiraq. in Tr. de jud. in rebus exig. ferend. vers. 32. Surd. all. l. n. 100.

### §. XVI.

(4) Non requiritur decretum Prætoris, quando alimentarius suam conditionem transactione fecit meliorem L. 8. §. 6. & §. pen. ff. de transact. Menoch. all. l. n. 31. Mantic. all. l. n. 10. Inducta enim ad certum aliquem finem, non debent contrarium operari effectum L. 3. §. si emancip. ff. de bon. poss. contr. tabull. l. 14. ff. de adim. & transfer. Legat. l. 19. ff. de Leg. 1. In favorem ipsorum alimentorum Leges hanc constitutionem prohibitivam, qua citra Prætoris auctoritatem initam transactionem super alimentis ultima voluntate reliatis invalidam declararunt, introduxerunt, ne alimentarius contra testatoris intentionem minus accipiendo damno exponentur, & alimenta ipsi intercipiantur. Minimè itaque hæc

hæc constitutio in odium ipsius alimentarii detorquenda contra l. 6. C. de legibus, quod tamen fieret, si transactio[n]es citra Prætoris autoritatem susceptæ, sed cum evidenti alimentarii utilitate conjunctæ, impugnarentur *Carpz. Decis. 157. n. 20.* Si disceptetur, num ex transactio[n]e sine Prætore inita alimentarius utilitatem consecutus sit an non, cum alimentario transigens utilitatem illius negotii probare debet, cum deficiente solennitate necessaria actus non præsumatur utilis *Surd. de aliment. t. 8. priv. 56. n. 70.* (5) Non desideratur decreto[n]um Prætoris, quando transactio[n]e juramento confirmata c. quamvis de pact. in oto. c. cum contingit X. de jurej. Mantica all. l. n. 12. *Surd. all. l. n. 50. & seqq. Bachov. ad Treutl. V. 1. Disp. 7. th. 4. Lit. G. Brunnem. ad l. 8. ff. & l. 8. C. de transact.*

## CAPUT. IV.

### *De Transactionibus delictorum.*

#### §. I.

**N**unc ad delicta progredimur, visuri in quantum illorum transactionem Legis prohibitio impedit. Circà hæc distingvendum inter delicta præterita & futura. Horum uti conventionem omni modo Leges improbant, ita nec transactionem concedunt. Quoad præterita videndum, an delicta perpetrata publicis, an vero privatis annumerari debent. Publica vero delicta alia sunt capitalia, alia non capitalia. Evidem alias juxta l. 2. ff. de publ. Judic. & §. 2. J. cod. non tantum illa judicia publica capitalia nominantur, quibus ultimo suppicio homines afficiuntur, sed & ea, quibus aquæ & ignis interdictio, deportatio vel metallum dictatur, ut ita generaliter capitalia delicta illa vocentur, ob quæ de-

D

si-

signata caput naturale aut civile alicui adimitur l. 28. pr. ff. de pœniſl. 103. ff. de Verb. ſignif. Hoc vero in loco per capitaſ delicta, quorum transactionem conſideramus, illa tan- tum denotantur, quibus poena ſangvinis imponitur i. e. quæ mortem naturalem inferunt, vel mortis naturalis poenam continent l. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſentent. l. 18. ff. de transact.

### §. II.

Delictorum publicorum capitalium transactionem Leges admittunt all. l. 18. C. de transact. In illis enim, quæ pœnam mortis continent, ignoscendum his, qui ſangvinem ſuum qualiter qualiter redimere voluerunt, l. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſentent. Naturā quippe culibet inditum, ut ſe corpuſque ſuum omnibus modis tueatur, ea vero quæ nocitura ſunt, declinare ſtudeat l. 3. ff. de Juf. & Jur. Cic. l. 1. de offic. In tali transigente ſangvinis redemptio præſumitur, non ve- rò, quod transigendo crimen conſiteatur, cum ob dubium & incertum litis eventum, mortis periculo perterritus tran- ſegiſſe exiſtimetur. Non itaque approbanda ſententia Hoto- manni in Quaſt. illuſtr. c. 23 ſtatuentis verba l. 18. C. de trans- act. ita olim concepta fuifle: *Transigere vel pacifici de crimi- ne non capitali excepto adulterio, prohibiūm non eſt.* Hoc enim omnium Codicūm fidei & testimonio repugnare perhibet Fachinaeus in Controv. Jur. l. 1. c. 8.

### §. III.

Accuſii quoque opinio, qua reo quidem transactionem concedit, ſed quoad accusatorem Lege prohibitam eſſe opiniatur, eum huic SCti Turpiliiani auctoritas obſtet, rejicienda. Hoc enim in caſu SCti Turpiliiani authoritas ſe non exerit, cum transactio de crime publico capitali jure per- mittente fiat, quo caſu SCti Turpiliiani diſpoſitio non ob- tinet l. 13. S. 2. ff. ad SCt. Turpil. Prætereā natura correla-

to-

torum idem in accusatore concedendum esse innuit, cum alias frustra reis indulgeretur. Ex quo capite simul Bartoli, Castrensis & Alexandri sententia, statuentium actorem transigentem non omnem, sed saltem poenam talionis perperam accusanti imminentem *l.f.C. de accusat.* evadere corruit.

#### §. IV.

Videtur tamen obstare, quod transactione de crimine publico capitali propterea prohibitis sit accensenda, quia ea terminos transactioni competentes excedit. Ut enim de re quapiam transactione iniri possit, pacientium potestati obnoxia esse debet. Jam vero coercitio delictorum extra pacientium potestatem constituta. Delicta quippe punire Reip. convenit, non autem privatorum arbitrio committendum. Verum enim vero Leges ex speciali ratione, nempe intuitu commiserationis & favoris redimendi sanguinis, hanc transactionem concedunt, imo & delicta cuiusdam extraordinariæ transactionis objectum constituere dicuntur Müller. in *Not. ad Siruv. Syntag. Jur. Civil. Exerc. 6. §. 60. Lit. a.* Neque per hanc transactionem juri Reip. circa punienda delicta occupato derogatur, sed accusator & reus saltem super sua & privata causa, ne scil. ille accuset, hic vero ex tali accusatione damno exponatur, transfigunt Zæsius ad ff. de *transact.* n. 23. Quin etiamsi cum hoc accusatore reus transfigat, non tamen alii accusatori potestas accusandi adempta. Judici quoque ex officio, nullo existente accusatore, potestas inquirendi in delictum commissum competit.

#### §. V.

Transactione vero super adulterio illicita est. Hanc enim nominatim *l. 18. C. de transact.* ib. excepto adulterio improbat. Circa hanc exceptionem variae deprehenduntur Doctorum

D 2

sen-

sententiae. Anton. Faber l. 2. Conjectur. Jur. c. 20. verba excepto adulterio, ab imperito interprete adjecta esse propugnat. At hujus opinionem non facile quisquam probaverit, cum non modo Codicum Latinorum & Græcorum auctoritas è diametro sit contraria, sed & in Basiliis & apud Constantiaum Hermianopolum totidem verbis hujus legis dispositio occurrat notante Hottomanno, Fachin. de controv. jur. l. 1. c. 8. Quidam hanc exceptionem propterea rejiciunt, quia non est de regula, cum eo tempore, quo lex hæc est condita, adulteria nondum extiterint capitalia, quibus alii contradicunt, docentes jam tempore illorum Imperatorum, quo l. 18. C. de Transact constituta, adulterio poenam capitalem esse præsumitam Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. 6. th. 61. Richt. ad L. 18. n. 67. Nonnulli à Tribonianio hanc exceptionem adjectam esse defendunt Huber ad Inst. tit. de publ. Jud. §. 6. & ad ff. tit. de transact. §. 4.

Nobis ad legitimandam hanc exceptionem auctoritas Imperatoris Justiniani sufficit, maximè cum non desint rationes, quibus adulterium à communi Juris dispositione exceptum fuerit. Nova quippe turpitudo committitur hac transactione, eaque in speciale crimen incisit, cura speciem l. noctis pœse ferat. Redduntur quoque civium matrimonia cum magna civitatis dedecore quasi venalia. Melius ita puritati & sanctitati matrimoniis consulitutus Pagenstech. in Sicilim. ad Comp. Lauterb. Manip. 3. ad p. 55. Plures causas recenset Vinnius de transact. c. 7. n. 18.

Delictorum publicorum non capitalium transactionem Leges prohibent. Primo quidem intuitu videtur afferendum, quod de his pariter transigi possit. Cum enim in gravioribus delictis transactione concedatur, eadem non videtur in levioribus esse deneganda. Verum hic argumentum à majori ad minus non valet, cum manifesta adsit diversitatis ratio. Leges in delictis publicis capitalibus transactionem ob favorem redimendi sangvinis admittunt. Hæc vero ratio in delictis publicis non capitalibus cessat.

A memorata dispositione plurimi, quos recenset Vinn. de transact. c. 7. n. 30. Fachin. Controv. Jur. l. 1. c. 9. crimen falsi excipiunt, putantes in eo transactionem licitam esse. Fundamentum suæ assertionis collocant (1) in verbis all. l. 18. C. de transact. ibi *citra falsi accusacionem*; existimant quippe his denotari exceptionem, cum & alibi Leges nostræ voce *citra* ad denotandam exceptionem utantur, sicut eum in

finem provocant ad L. fin. ff. de column. l. un. §. accedit C. de rei uxori. act.  
 (2) quia Graeci in Basiliis expresse hanc sententiam sequuntur, & à delictis non capitalibus, quorum transactio prohibita, crimen falsi disertis verbis, quae Vinn. all. l. refert, excipiunt (3) quia pro hac exceptione aliae quoque Leges militant, quibus disponitur, de crimine falsi posse transactionem initri l. pen. C. de transact. l. 7. C. de falsis l. 2. C. quibus ut indign. bæred. (4) quia juxta dispositionem l. 4 ff. ad SCtum Turpill. formina in crimine falsi post interpositam denunciationem desistens in SCtū Turpillianum non incidere dicitur, cum tamen alias in delictis publicis non capitalibus transigentes omnino in SCtū Turpillianum incident. Meier in Coll. Jur. Argent. ad tit. de transact. n. 15. & seqq Pagenstech. supra all. l.

## §. IX.

Evidenter hanc sententiam certo jure nisi, & non nisi dubiis argumentis in dubium vocari afferit Meierus all. loc. Verum contrarium verius, magisque illorum sententia amplectenda, qui nullam hic exceptionem agnoscunt, sed transactionem super crimine falsi pariter prohibitis transactionibus annumerant. Genuinus quippe ante allegatorum verborum sensus nullus aliis, quam hic est, quod de crimine non capitali transgens non modo SCti Turpilliani pœna obnoxius fiat, verum quoque falsi crimen committat. Hanc explicationem priori præferimus. Generalis enim juris dispositio est, quod de criminibus non liceat transigere. Ab hac generali regula exceptio proponitur in delictis capitalibus, nulla vero exceptio quoad delicta non capitalia reperitur. Huic itaque regulæ tam diu inhærendum, donec ejus exceptio liquidò ostendatur, cum in casibus non exceptis per exceptionem firmetur regula. Nulla quoque sufficiens ratio diversitatis dari potest, quare legis prohibiti transactioess quidem super aliis delictis capitalibus initas afficeret debeat, sed ab ea transactio super crimine falsi sit eximenda.

## §. X.

Nec juvant dissentientes argumenta, quibus contrariam opinionem juxta §. VII. defendere nituntur, cum facili negotio refutentur. Ad (1) &c. vocem citra pro sine in all. leg. accipi. Probatur (α) quia apud purioris Latinitatis autores vox hæc citra pro sine usurpatur; ab usitata vero loquendi formula maxime ubi necessitas nulla svaldet, recedendum non est. (β) quia & in aliis Legibus vox citra pro preter usurpatur L. 7. C. de rebus cred. L. 1. ff. de fer. l. pen. C. de pign. l. 2. C. sentent. rescind. non posse Strauch. in Lex Paric. Jur. sub voce citra n. 5. imo

excepto adulterio  
opus opinionem  
dicum Latino  
sed & in Basiliis  
s hujus legis di-  
oz. jur. L. i. c. 8.  
est de regula,  
adum exenterint  
re illorum Im-  
p. pœnam ca-  
rb. 6. Richt.  
nem adjectam  
ff. tit. de tran-

tas Imperato-  
quibus adulte-  
Nova quip-  
cialis crimen  
oque civium  
Melius ita  
Sicilim. ad  
Vinnius de  
Leges pro-  
e his pariter  
concedatur,  
ie argumen-  
tatis ratio.  
em redimer-  
non capita-

n. de trans-  
cipiunt, pu-  
æ affectionis  
si accusatio-  
alibi Leges  
sicut eum in  
hi-

imo (y) iidem Imperatores, qui l. 18. C. de transact. autores in aliis Lcō gibus v. g. l. 6. C. si certum petatur l. 24. C. de rei vind. l. 19. C. de procurat. ita voce citra utuntur. Autoritas Græcorum hac in parte nulla est. Exigua quippe fides Græcis interpretibus, imo & ipsis Basilicis in explicatione Juris Civilis tribuitur, cum plerumque Græcanicæ Jurisprudentiæ compilatoribus gaudio fuerit à Justiniano recedere ac concinnatam ab ipso Jurisprudentiam alio ordine, revera tamen tumultuari, meliori parte neglecta vel studio castrata sub specie novi corporis Basilici exhibere, ut loquitur Stryk in additamento ad Tr. de Caut. Contr. §. 3.

## §. XI.

Frustrè in Legibus allegatis præsidium queritur, cum ex iis id, quod probandum erat, non deducatur. Inspectio ipsarum ostendit, quod in iis agatur de transactione super instrumento dubiæ fidei ac ideo suspecto. Verum hoc ipso crimen falsi non statim involvitur. Magna quippe differentia inter transactionem de instrumento falso & inter transactionem super crimine falsi initam. Præterea Leges loquuntur de actione falsi civiliter instituta, in qua transactio admittitur. Denique adversæ sententiae Patronis nihil accedit ab all. l. 4. ff. ad SCe. Turpili. In ea enim disponitur foemina simpliciter absque pacto vel transactione ab accusatione destitisse, illisque ob sexus infirmitatem, cum ex ignorantia Juris Civilis peccasse præsumatur, foeminaque in delictis contra Ius Civile admisis excusat, parci.

## §. XII.

Hactenus perlustravimus, quomodo circa delicta publica Legis prohibito transactionem excludat. Nunc breviter videndum, quid juris in delictis privatis vigeat. Quoad hæc distingvendum, an ex illis criminaliter, an vero civiliter agatur. Quoties ex delicto privato civiliter agitur, licita est transactio, nec ad prohibitas referri potest L. 17. §. 1 ff. de pact. L. 56. §. 4 ff. de furto L. 13. C. eod. At si ex delicto privato criminaliter agatur, nec tamen poena capitalis imponi possit, transactio prohibita est Vid Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. 6 th. 62. Nec impedit, quod crimina publica severioribus poenis, quam privata, vindicentur, neque tamen in iis transactio prohibetur, ut sic multò magis in privatis transactio admittenda videatur. Hæc enim argumentatio non procedit, cum ratio, quæ in favore redimenti sanguinis consistit, & in delictis publicis capitalibus se exerit, ad delicta privata neutiquam applicari possit. Fachin. Controv. l. 1. c. 9.

uld. in confit.  
onum per  
n dotis polt  
um c. si. q.  
titia & fron.  
nus premunt  
ex. conf. g. &

lepidè aut.  
s coactionem,  
arridet Fab.  
.per lex ea. 7.  
dem funda-  
ossunt, text.  
Terere possit

plorato ni.  
u sunt relin-  
innov. Et hoc  
s. condemna-  
m morandæ  
at Magn. Dn.  
Obj. no. Man-  
ita Busius in  
s de Rhede,  
riò, coactus  
cuperat, in  
nonem quæ-  
quà de sigilla

sunt inventa,  
ic ordine hic  
aliud tempus



00 46387



W 17 VD 18





8

ATIO JURIDICA,  
DE  
HIBITIS  
ACTIONIBUS,  
*Quam*  
DIVININUMINIS,  
MAGNIFICENTISSIMO,  
XCELSISSIMO PRINCIPE ac DOMINO,  
FRIDERICO  
HELMO,  
SIÆ ET ELECTORATUS  
IRG. HÆREDE, &c. &c. &c.  
ULTATIS JURIDICÆ CONSENSU,  
AD PREGELAM REGIA,  
RÆ SIDE  
SCHWENNER/  
J. J. L. & P. P.  
um disquisitioni exponit  
US JACOBUS Brubel  
Reg. Pruss.  
EDITORIO MAJORI  
ris antemeridianis  
April. ANNO MDCCV.  
NTI, Typis REUSNERIANIS.